



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldu>

Lvgdvni, 1585

De incestu, cuius peccati magnitudo quatuor modis ostenditur. Capvt. IIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

multò odit adinventiones in peccatis. Vnde super illud Esa. Vifirabo super fructū adinventionū vestrarū: dicit Greg. Deus plus punit studia peccatorū, quā peccata. Et in Plal. Ibunt in adinventionibus suis. Item, Corrupti sunt. & abominabiles facti sunt in studiis suis. ¶ Octavo potest ostendi magnitudo huius vitij per multiplicē effectū ipsius. Hoc vitium fœdus inter nos & Deū rumpit. Genus humanū quantū in se est, deltruit, hominem iumento inferiorē reddit. Propter hoc vitium fili⁹ Dei desit incarnari, vt dicit authoritas. Ad primum pertinet quod dicit Aug. Hoc vitio violatur societas quæ nobis cū Deo esse dicitur dū natura, cuius ipse author est, peruersitate libidinis polluitur. Sicut aliquis quū alius deteriorauit sibi rē suā, dicit, Vestra sit. Sic Deus illū quē ipse fecit hominem masculū, quum videt quod ipse fecerit se fœminam, nō reputat creaturam suam. Secundū vero planū est. Tertium verò potest ostendi per hoc, q̄ ille qui peccat peccato isto, nō obseruat legē, quā etiam bruta animalia obseruant. Aliæ species luxuriæ iumento assimilant hominē, sed hæc inferiorē reddit. Ideoq; Sodoma bene muta interpretatur: quia hoc peccatū reddet homines mutos in die Iudicij. Nō poterunt enim excusare se per ignorantia, quum ipsa natura legem docuerit ipsa bruta animalia, quam isti transgrediuntur.

De incestu, cuius peccati magnitudo quatuor modis ostenditur.

CAPVT. IIII.

Sequitur de incestu, cuius peccati magnitudo potest ostendi. ¶ Primò per pœnā taxatam huic peccato in lege. Postquam enim dominus prohibuit incestū & peccatum contra naturā, Leui. 18. subiungitur: Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiā, peribit de medio populi sui. Et eiusdem 30. taxatur pœna eadem huic peccato. ¶ Secūdo potest ostendi per hoc, q̄ Apostolus tradidit Satanæ cruciandum illum fornicatorem, qui cum nouerca sua peccauerat: secundū quod legitur 1 ad Cor. 5. ¶ Tertio potest idē ostendi per mala quæ ex hoc peccato sequuntur: vnde legitur 2. Reg. 12. q̄ Amō qui sororē suam corruerat, interfectus est à fratre suo Absalō. Nisi homines ab hoc peccato cauerent sibi, sequerentur inde non solum odia & homicidia, sed etiā fratricidia. ¶ Quarto potest ostendi per hoc quod peccatum istud hominem quasi canem reddit. Canis enim in opere illo non obseruat consanguinitatem.

De Adulterio & speciebus eius, cuius magnitudo in septem ostenditur.

CAPVT V.

Sequitur de adulterio: quod diuiditur in duas species: scilicet

D d